



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Illvstrissimo Ac Reveren[dissi]mo. Patri Et D. Alexandro Medici Cardinali  
Florentiæ, Patrono Optimo Antonius Gallonius felicitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

ILLVSTRISSIMO  
AC REVEREN.<sup>MO.</sup> PATRI  
ET D. ALEXANDRO MEDICI  
CARDINALI FLORENTIÆ,  
PATRONO OPTIMO

*Antonius Gallonius felicitatem.*

 E T R V S Damianus S. R. E. Cardinalis, Episcopus Ostiēsis doctrina, & sanctitate insigne grē admodum tulisse legitur, Alexāder Cardinalis Amplissime, cum videret tribus ferme lustris neminē extitisse, qui S. Romualdi vitam tot virtutibus illustrem litteris commēdaret. Nec sanè immeritò; nouerat enim Sanctorum historias cōscribere & Deo summè gratū, & Sanctis ipsis esse periucundum; cuius rei indicia in Ecclesiasticis historiis extāt nec pauca, nec obscura. Huc illud etiam accedit, quod eam lectionem & multis salutis initiū, & plurimis ad vitæ spiritualis progressionem præclara attulisse adumenta compertum est. Certè S. Augustinus, Demetriades virgo, Romualdus, Domini-

cus,

cus, Thomas Aquinas, aliquique complures  
maximum ex ea fructum percepere: &  
Beatus ille Ioannes Columbinus id ea  
narratur assecutus, ut vitam melius mu-  
tarit. Ergo cum hæc ita sint, nil mirum si  
Sanctissimi viri, grauissimique Auctores  
ab ipso Ecclesiæ nascentis exordio ad hæc  
usque tempora, in rebus gestis insignium  
sanctitate virorum conscribendis multū  
operæ, ac laboris consumperint. Horum  
exemplum cum sequi conaremur, quorū  
nos assequi facultatem posse desperaba-  
mus, vitam Beati parentis nostri Philippi,  
eius gratia, ac sanctæ obedientiæ viribus  
freti literis consignandam suscepimus:  
eaq; iam, Deo benè iuuāte, absoluta vt in  
tuo nomine appareret, Congregationi  
nostræ visum est, non ea tantum de causa,  
quod ipsam officiis quotidie quibus potes  
( potes autem pluribus ) tuearis; verum  
etiam quod eiusdem institutorem Philip-  
pum Nerium Florentinum, vt olim in ter-  
ris summo amore, ita nunc viuentem in  
cælis, tanquam Dei amicum, Sanctumq;  
virum pari semper honore, ac veneratio-

ne fue-

ne fueris prosecutus. Accipe igitur hoc  
nostrum vt erga te grati, sic pi jn Beatum  
Patrem animi monumentum ea facilita-  
te, & humanitate, qua vniuersam Orato-  
rij Congregationem prosequi consueui-  
sti: Quam sanè vt tuis fouere patrociniis  
eadem alacritate velle perseueres , cha-  
ritatis incrementum, vt quād diutissimē  
possis , vitæ longiorem terminum nos  
more nostro pro eo ac debemus , à  
Christo Iesu Dei filio de  
precamur.



A V-